



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 5. Sortem consultoriam etiam olim rariùs adhibitam, quam diuisoriam;
nunc maximè esse cauendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

ff de probat. l. a-
stor C. e-
od tit.
Iason. in
l. huius-
modi. 86.
§. si is cui
de legat.
l. n. 17.
Angel.
Aretin.
in §. Op-
tionis.
Institut.
de legat.
n. 2. An-
gel. Aretin.
in §.
Sed si ex
testamē-
to. Instit.
de satis-
dat. tutor. n. 4. Bald. in l. meminimus. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. Alciat. in l. Gallus. 29. ff de lib. & posthum. n. 65. Vide Guidonem Pancirollum lib. rer. memorab. cap. Fibula.

net Ang. Aretinus, si *Sorti* debeat esse locus, de preiudicio tertij agendum non esse. Quin Baldus aliique statuunt, casus illos, in quibus *Sortem* adhibere velis, à iure expressos esse oportere. *Sorte* igitur, res dirimitur, si plures, quibus optio legata est, discordes sint, in eligendo: si de deponendis, apud aliquem, instrumentis agatur: si dubitetur, quinam prior causam dicere debeat: si, de seruis manu mittendis, quæstio sit: si de diuisione bonorum, inter cohæredes, facienda controuertatur: item si de liberis diuidendis agatur. His talibus in casibus *Sortis* iudicio standum censent, si quidem vtraque pars consentiat, vt *Sortis* iudicio controuersia dirimatur; alterutra enim dissentiente, nihil agi, fatentur. Igitur dubium iuris, non dubium facti iura *Sorti* permittunt.

§. V.

Sortem consultoriam etiam olim rariùs adhibitam, quàm diuisoriam; nunc maxime esse cauendam.

Quin, in veteri quoque lege, *Sors diuisoria*

ria longè frequentius, quàm *consultoria*, fuit
 usurpata. Et quanquã etiam in facti dubio,
 aut, per consilij modum fuerit adhibita: id
 tamen non est nunc, alia sub lege, in exem-
 plum trahendum: cum penes Deum sit, sua
 secreta reuelare, prout ipsi placet. Nostrum
 non est, illi modum præscribere, illius est
 modum concedere. Sorte deprehensum est
 furtum Achan; & Ionathæ præuaricatio:
 quis nunc timens DEVM sic audeat fures in-
 dagare, aut deprehendere præuaricatores?
 At illi, qui DEVM non timent, quorum vox
 est: *Flectere si nequeo superos, Acheronta mo-
 nebo*, illi nihil pensi habent, à Superisne, an
 ab Inferis auxilia tententur. Hinc Stygiæ
 illæ artes, vt motu cribri versatilis è forfice
 pendentis; per lancem item & licium, quem
 modū Sextus Pompeius describit; aut her-
 bâ certâ, pisifûe è butyro, aut lebete sali-
 entibus; & nescio quibus non modis, (sunt
 enim ferè sine numero, quia ad anicularum
 arbitrium) examinent indagentq; aut fur-
 ti, aut calumniæ, aut alterius facinoris au-
 thorem. Quasi non aut casu talia fieri; aut
 mentiri in innocentes dæmon possit. Neq;
 enim sufficit dicere: Ego dæmonem non in-
 uoco. non inuocas verbo; re tamen ipsa v-

Iosue. 7.

18.

1. Reg. 14.

Virg. libi

1.

e 2. de
 sortileg.
 c. si quis
 Episcop.
 26. q. 5.

teris illius ope; sine qua talia sciri non possunt, Deo iam dudum extraordinarios eiusmodi modos detestato. Quare non nemo, qui per astrolabium conatus fuerat furem occultum nosse, etiam sine intentione dæmonem inuocandi, ab altaris ministerio fuit suspensus, per annum; idque ex gratia ac dispensatione: nam secundum ius commune, in perpetuum, suspendi debuisset. Sunt enim non expressa tantum, sed etiam tacita, cum hoste, pacta, inhonesta.

§. VI.

Sortiendi varia genera, implicitum cum caco-dæmone pactum inuoluentia, & hinc illicita.

Hoc dicunt plerique, se pactum cum Orco non habere: implicita sunt tamen hæc pacta; cum patre mendacij utique non inuenda. De hoc censu videri possunt, qui olim ab Ezechiele reprehensi sagittis fortiebantur: *Stetit rex Babylonis, inquinio, in capite duarum viarū diuinationem querens, commiscens sagittas. interrogauit idola, extra consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatione super Ierusalem.* Quem sortiendi modum

Ezech. 21.
 21.

S. Hierō.
 in c. cit.

S. Hieronymus sic exponit: *Stabit in ipso compite, & ritū gentis sue, oraculū consulet, ut mit-*

tat